

Area F 2001

Sight Recitation

Level 2

The Brave Mauricus

cēnābat Nerva cum paucīs amīcīs; Vēientō proximus atque etiam in sinū recumbēbat. incidit sermō dē Catullō Messalīnō quī oculīs orbātus ingeniō iam saevō dolōrem caecitātis addiderat. nōn verēbātur, nōn ērūbēscēbat, nōn miserēbātur; ideō saepissimē ā Domitiānō sicut hasta quae caeca et improvida fertur in omnēs bonōs iactābātur. dē huius sceleribus, vitiīs, sanguināriīs sententiīs inter sē post cēnam loquēbantur cum ipse imperātor rogāvit quid iste paterētur sī vīveret. et Mauricus: “nōbīscum cēnāret.”